

res et proprietates (ipsius monasterii scilicet in loco qui dicitur Pentano) cum capella in honore sancti Benedicti, alia(m) vero¹⁶ in honore sancti Vitalis cum omnibus pertinentiis suis et in Pallaria¹⁷ (capellam unam) que est in honore sanctae Mariae et cortem de Colina et cortem de Lorianio (in petra) Starmina (cum ca)sis et silvis et cortem de Lapeio¹⁸ in Boto¹⁹, in Cortiano capellam in honore sancti Petri, in Ceret(o) capellam in ho(nore sancti Martini), cortem de Corneto in comitatu Capuensi in loco ubi dicitur Luniano cum capella in honore sanctae Mariae in Bivino, in Beletro²⁰ infra civitatem Ascolensem et de foris, in finibus vero Canne ecclesiam que dicitur (sancti Juliani, in comitatu Tranensi curtem Pazano cum oliveta sua, in comitatu Sepentino piscariam et in comitatu Alesinensi piscar(iam et cortem de Laniense et cortem de Calara) seu etiam, sicut supra legitur, per quaecunque instrumenta cartarum et cuiuscunque scriptionis titulum²¹, omnia integrum una cum terris et omnibus edificiis super se habitis²², vineis, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, casis dominicatis, castellis, capellis, (montibus, fontibus, planitiebus, insulis, frascariis, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, utriusque sexus familiis, servis et ancillis, aldionibus et aldiabus commendatis eorumque supellectilibus, cum omnibus pertinentiis et adiacentibus ad ius iam nominatae sanctae Soffiae ecclesiae iure et legitime pertinentibus vel aspicientibus in integrum cum omni)bus ingressibus et egressibus eorum, superioribus et inferioribus suis tam infra Italicum regnum quam etiam in finibus Apuliae conjacentibus. Preterea post (hac) nullus imperator aut rex, dux, marchio, comes²³, vicecomes, sculdassio²⁴, gastaldio (decanus aut aliquis reipublicae minister seu quilibet magna parvave persona de omnibus que ad prefatum monasterium pertinent tam rebus quam famulis²⁵ se intromittere presumat, veruntamen omnia iudicio et potestati abbatis qui pro tempore fuerit, reserventur atque subdantur, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur) huius nostri precepti violator extiterit²⁶, sciat se compositurum centum libras auri optimi, medietatem camerae nostrae et medietatem prefato Azoni eiusque successoribus. Quod ut verius credatur diligentius(que ab omnibus) observetur, manu propria (roborantes annuli nostri impressione, inferius assignari precepimus.²⁷

(Signum domni Ottonis) L. M. serenissimi (imperatoris augusti). (Petrus cancellar)ius ad vicem Huberti episcopi et archic(an)cell(ar)ii recognovit et subscripsit).²⁸

(Datum X. Kal. Maii anno dominicae incarnationis DCCCCLXXII, imperii autem domini Ottonis serenissimi augusti undecimo, decima quinta indictione. Actum Romae).²⁹